

omnes deum in deum tuum ex toto corde tuo.
et iura tua: et ex omnibus iuribus tuis
et iura tua: et proximum tuum
Dixit ergo illi. Recte respondit
fac iures. Ille autem uolens iusti
fieri: dixit ad Iesum. Et quis est
nomen tuum? Suspiciens autem Iesus
Sermo quidam descendebat ab
in iherosolymis: et incidit in latro
qui etiam despoliauerunt eum: et
impositis abierunt semiuuio
descendit autem ut sacerdos quidam
eodem uia: et uiso illo preterit
sumit et leuita cum esset secus
iudicet eum. pertransiit. Samaritanus
autem quidam iter faciens uenit
eum uidens eum misericordia motus est.

Ma 4 397

St. Graec. in Oct. N. 103.

II 2a 168

IN LIBRVM
ARISTOTE=LE
LIS DE ARTE
POETICA

Proëmium

NATHANIS CHYTRAEI.



ROSTOCHII

EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS
TRANSYLVANVS.

ANNO M. D. LXXIV.

IN LITTERIS
ARISTOTELIS
DE ANIMA
POTEST

Protonotarius
NATHANIELS CHESTER




ROBERTUS
DE CANTUARIA
JACOBUS
MAYOR D. LXXII.

de
e
de
po
ac
Es
po
gn
e
ra
sti
gr



NATHAN CHYTRÆVS
ADOLESCENTIBVS BONA-
rum Artium Studiosis in Aca-
demia Rostochiensi
S. D.

 *Vm haëtenus vobis, adoles-
centes studiosissimi, ea explica-
rim, quæ à principe doctrina-
rum omnium Aristotele tribus
de arte dicendi libris sapientissimè simul
& perfectissimè tradita sunt: restare vi-
detur, imo id ipsum professionis meæ ratio
postulat: ut quæ idem Philosophus optimè
accuratissimeq; de Arte Poëtarum scri-
psit, vobis pro ingenio mei tenuitate ex-
ponam. Magnam enim vtriusq; artis co-
gnationem esse, neutramq; alterius opera
& adminiculo carere posse, nemo igno-
rat. Utinam vero, quod in Rhetoricis præ-
stitum est, id ipsum in poëticis quoq; inte-
grè explicandis præstari à me posset: tum*
A 2 *profe-*

profecto, nescio quid luminis & orna-
menti Poëticae me facultati allaturum
esse, mihi, tanti doctoris praesidijs fretò,
prolixè pollicerer. Iam verò, ut multa alia,
ita hoc quoque commodum, certè non sine
maxima totius rei literariae, & cum primis
artis Poëticae iactura, temporis iniuria
nobis est ereptum. Cum enim vera elo-
quentiae praecipua, tribus ab Aristotele libris
absoluta sint: quibus ille magistros dicendi,
artem quam profitebantur, primus exactè
& verè docuit: credibile est, imò Plutar-
chi, Laërtij, & ipsius deniq; Aristotelis testi-
monio comprobari potest, eum Poëtarum
quoque artem totidem libris complexum
esse. è quibus primum tantum in nostras
manus peruenisse, & Musarum querimo-
nijs, & rei poëticae studiosorum lachrymis
est deplorandum. Ut enim omnia quae ex
hoc ingeniorum & disciplinarum fonte
fluxerunt; miram quandam artem, acu-
men, subtilitatem, veritatem, & perfe-
ctionem spirant: (nam doctrinas Ari-
stoteles

Stoicolas magna ex parte aut perfectissi-
mas esse, aut ad perfectionem proximè ac-
cedere, neminem qui eas saltem à limine
salutarit, negaturum puto) ita hos quoque de
arte poetica libros perfectissimos fuisse,
omnesque eius facultatis partes, omnia ar-
cana & recondita, subtiliter in ijs pertra-
ctata, & oculis subiecta fuisse, dubitari
nequaquam debet. Ea enim ille natura
excellencia, ea in inueniendo & docendo
solertia & industria fuit; ut acie ingenij
sui, ad intimas etiam, eius quam traderet
rei, partes penetrare; easque quam rectissi-
ma via & methodo complecti, alijsque ex-
plicare posset. Cuius rei signum est, ac sa-
tis illud quidem certum & exploratum,
quod cum artem aliquam huius magistri
via & ordine propositam, cognouimus, in-
telleximus, didicimus, tenemus; statuere
animo, & certis rationibus adducti per-
suadere nobis possumus: integram certamque
eius artis scientiam & intellectum, quan-
tum quidem in hac rerum humanarum

caligine fieri potest, nos consecutos esse:
quod in alijs plerorumq₃ aliorum libellis,
quos diurna etiam nocturna₃ manu ver-
saviimus, fieri non solere, reipsa experi-
mur. Quia vero querelis nihil proficimus:
& tempus, quod in eorum qua supersunt
cognitionem rectius impenderemus, in-
utiliter hoc modo consumimus: eos po-
tius imitemur, qui cum casu aut infortu-
nio quodam suo cœnam aliquam lautissi-
mam neglexerunt, epularum propterea re-
liquias non aspernantur; sed eas boni con-
sulunt, ijsq₃ conquirendis & absumendis,
famem, si non integrè, saltem eo quo pos-
sunt modo sedare student, quod ceriè face-
re debebunt omnes, qui diuinæ huius artis
verè studiosi dici & esse volunt. Nemo
enim quid sit pœtica; quodnam eius sit
verum officium; qua item in re bonorum
pœtarum sita sit excellentia; scire potest:
qui ea, quæ ab Aristotele hîc traduntur,
ignorat. Nam quod multi arbitrantur, o-
mnia se artis pœticae mysteria penetrasse,
omnia

omniaque ad eam pertinentia præclare
cognouisse: si ea quæ in libellis Gramma-
ticis de syllabarum quantitate, & dimen-
sione carminum traduntur, utcumq; in-
telligant; & ad eorum præscriptum versi-
culos, qualescumq; illi tandem sint, cum
quadam negligentia ostentatione facere,
seu potius immodica & odiosa sæpe garru-
litate obstrepere viris bonis possint: nã,
inquam, illi, qui ita sentiunt, vehementer
errant. Dicendi namq; scribendiq; faci-
litas, bene dicendi scribendiq; affert dif-
ficultatem. Præterea, ut alios taceam,
non tam reprehensione quam risu, imo pa-
tius misericordia digni videntur ij, qui
acrostichidas illas, nunquam, aut ceriè
parcè admodum, à veteribus usurpatas,
ita hodiè magnifaciunt & admirantur,
ut πολυτελές illud ἀνάλωμα χρόνον, ita
miserè perdant, & ut vetula illa Teren-
tiana, magno conatu magnas nugas par-
turiant. De priori illo, οὐ τῶν ἀκριβοῦν-
των, ἀλλὰ τῶν ἐμῶντων (ut Aristides orator

dicebat) genere, eleganter & acutè agit
Horatius, notans Lucilium,

Qui fuit hoc vitiosus, in hora sepe du-
centos,

Vt magnum, versus dictabat, stans pede
in uno.

De altero, insigne extat iudicium
Pauli Iouij historici eloquentissimi, qui
pro excellenti ingenio doctrinaq; sua ex-
quisita, non malè de his studijs potuit pro-
nunciare. Sic igitur ille in elogio Curtij.
Lancinus Curtius Mediolanensis angui-
neos, quos vocant, versus, miris modis &
numeris conformabat, ita vt recto & con-
uerso quoque ordine quadrati epigram-
matis, introrsus exempta verba, aliud car-
men efficerent, quod priori sententiæ per
costas & diametros ex obliqua serie mira-
biliter arrideret: inani hercle & plane
ridenda cum laude. cum tanto sudore de-
lirantis ingenij, ab inepta & rectis litera-
rum studijs exitiali voluptate, fama qua-
reretur. Hæc Iouius. Paulo autem post ea-
dem

dem satyra vim & genium poëta, ipsiusq;
adeo artis poëticae difficultatem aperuit
Horatius, ubi de seipso ita scribit.

Primum ego me illorum dederim quibus
esse poëtas

Excerptam numero. neq; enim concludere
versum

Dixeris esse satis: neque si quis scribat, uti
nos,

Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam,
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atq; os
Magna sonaturum, des nominis huius ho-
norem.

Arcana enim Philosophiae, optima-
rumq; artium delicias poëtica complecti-
tur, ut qui eam doctrinarum omnium ma-
trem fecundissimam esse affirmavit, eum
ego multis modis & verè dixisse, & præ-
clare sensisse soleam arbitrari. Iam verò,
qui eo quod Horatius requirit ingenio, di-
uino quasi spiritu afflato; qui tali mente,
rerum optimarum maximarumq; scientia
instructa; qui tali ore, seu exquisitis verbo-

A S rum

rum & sententiarum luminibus, res tales
tantasq; exponere cum dignitate debeat
& possit; eum profecto ego non tantum mi-
nutis illis artium puerilium præceptiuncu-
lis; versusue illos, ut ita dicam, alphabeta-
rios effingendi facultate: sed longè maio-
rum & sublimiorum doctrinarum orna-
mentis & præsijs instructum esse oport-
ere; cum omnibus rectè sentientibus, con-
stanter asseuero. Neq; tamen hæc ideo hoc
loco commemoro, quod vel meipsum ad
tantam excellentiam peruenire aliquando
posse, confidenter iactitem: aut alios hanc
viam ingressos, ab instituto suo deterream:
Sed ut in meipso & alijs, maiorem curam
& intentionem exuscitem, ipsiusq; adeo
facultatis pœticae, quæ non tam angustis,
ut vulgo existimatur, finibus circumscri-
pta est, dignitatem & excellentiam osten-
dam. Cui autem persuasum erit, non vul-
garem aut leuem; sed summam & planè
diuinam esse eam artem, cuius scientiam
profiteri aliquando velit: ille profecto non
obiter

obiter aut oscitanter; sed summa animi
cura & vigilantia, propositum suum urge-
bit: Et etiam si quod velit non assequatur:
tamen aliquanto, quam alij propius ad me-
tam accedet: Et quia ad maxima contem-
debat, honestissimi illius in re tanta cona-
tus, non planè poterunt improbari. Sed ut
ad id quod institute scriptionis proprium
erat, reuertamur; maxima primi huius de
arte Poëtarum libri pars, consumitur in
TRAGOEDIAE proprietatibus & ar-
tificio explicando, demonstrandoq; quæ
illius tractanda optima esset ratio, & quæ
laudi quæ vitio dari hoc in genere poëtis
solerent. Cum autem hoc poëmarum ge-
nus, ipso Aristotele teste, maximè sit σερ-
vὸν ἢ γὰρ ἀποδοῦν: imò quod Poëta affirma-
uit, omne genus scripti gravitate Tragæ-
dia vincat: utpotè quæ illustris & regia
vitæ speculum sit, in qua aut potentia &
excellens virtus plerumq; flagitio aliquo
insigni polluitur: aut fortuna miræ varie-
tati & inconstantia exponitur: aut pænæ
atroc-


atrocium delictorum, sua magnitudine
& nouitate sunt formidabiles: profecto
nihil omnibus lectione Tragediarum an-
tiquius, nihil optabilius, nihil denique
commendatius esse debet. Sunt enim quæ-
dam virtutis & moderationis veluti ma-
gistra Tragedie, quæ mira quadam gran-
diloquentia, in veris exemplis, aut benè
agentes confirmant: aut nefaria meditan-
tes, ab improbo proposito abducunt. Quorū
exemplorum intuitu, legentes vel pru-
dentia aduersus fortunam incertam sese
muniunt: vel cupiditatibus & affectibus,
cum honestate pugnantibus, moderantur.
Delectari autem utilissima hac Tragedi-
arum lectione nemo potest; multo mi-
nus alijs easdem cum fructu explicare:
qui earum artificium & œconomiam non
intelligit, aut qui de benè aut malè factis
Tragedijs iudicium ferre nequit. Quod
ipsum, cum accuratè, ut dixi, hoc libro do-
ceat Aristoteles; eius certè cognitio nequa-
quam bonis ingenijs erit aspernanda; præ-
sertim

sertim cum eodem in libro, multa de imi-
tatione poëtica, eiusq; origine & diffe-
rentijs; multa de Comœdia & Epopœia;
multa de nominibus proprijs, peregrinis,
translatis, ornatis, fictis, productis, contra-
ctis & commutatis inserantur; quæ fru-
ctu suo utilissima; auditu incundissima;
& cognitu maximè sunt necessaria. sine
quibus etiam nemo rectè & feliciter, neq;
in Homeri aut Virgilij, neq; in Euripidis
aut Sophoclis, neq; in Senecæ aut Terentij,
aliorumque quorumcunq; Poëtarum lectio-
ne aut interpretatione versari potest: Eo
igitur nomine hunc Aristotelis de Arte
Poëtica librum, quam fieri poterit planissi-
mè, paulo post, adolescentes studiosissimi,
vobis explicabo. Vos, si placent, ut placere
ceriè debent doctrina optima & utilissi-
ma: si item vestrorum aliquando studio-
rum fructus optatos cernere: si parentum
vestrorum votis, & præceptorum conceptæ
de vobis expectationi vultis satisfacere:
hæc veterum præclarissima monumenta
nequa-

nequaquam negligite; sed & libris & ani-
mis ita vos instruite; ut summo studio
& diligentia, vestro officio fungamini,
& inchoatum studiorum curriculum feli-
citer absoluatis. Meam fidem, diligentiam
& assiduitatem, iam antea, ut puto, non
incognitam, vobis omnibus & sin-
gulis ex animo polliceor. Va-
lete Rostochij. Cal. Martij

Anno 1574.

FINIS.



ULB Halle

3

002 629 992



(F)


SS

OL

AB 15 44 07

VD 77





IN LIBRUM
ARISTOTE
LIS DE ARTE
POETICA

Proëmium

NATHANIS CHYTRAEI.



ROSTOCHII

EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS
TRANSYLVANVS.

ANNO M. D. LXXIV.

